



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 116. Conspiratio in Pontificem ab Accoltio conflata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

**Sæcul. XV.** sed apud sacram Sedem pro obtinendo  
**A.C. 1564.** Sacerdotum connubio ~~ruris~~ instabat  
 Verum Pontifex ægre ejusmodi preces  
 percipiebat, eas tamen audire coactus  
 mox die duodecima Januarii Anno In-  
 carnationis Dominicæ millesimo quin-  
 gentesimo sexagesimo quinto Purpura-  
 torum Senatum convocavit, in quo  
 Cæsaris postulatum, ac rei conceden-  
 dæ difficultatem proposuit, ubi postmo-  
 dum collectis congregatorum suffra-  
 giis, cum omnes has preces esse rej-  
 ciendas censerent, quosdam celebriores  
 Theologos selegit, qui hanc repulsa  
 validis rationibus firmarent, ac novis  
 ejusmodi precibus aditum obstruerent.  
 Facta hac elucubratione Pontifex eam  
 per Lancianensem Episcopum doctum  
 Theologum, ac Petrum Guicciardinum  
 Iurisprudentia Canonica clarum ad Cæ-  
 sarem transmisit, ponderatisque hi-  
 rationibus mox Maximilianus ac-  
 quievit.

### §. CXVI.

#### *Conspiratio in Pontificem ab Ac- colto conflata.*

**Thuan. l. 36.** Sub idem tempus Romæ dissipata est  
**Spond. hoc** conjuratio a fanaticis quibusdam  
**ann. n. 10.** contra Pontificem structa, cuius Dux  
**Ciacon. tom.** erat Benedictus Accoltius, Accoltii, qui  
**3. p. 881. &** ejusdem nominis olim purpurei galeri  
**883.** decus

decus meruit, frater: porro hic com- Sæcul. XVI.  
plures habuit conspirationis socios Pe- A.C. 1564.  
trum Accoltum Patrum suum, An-  
tonium Canoscæ comitem, Pellicionem  
Equitem, Prosperum Hectorem, &  
Thaddæum Mansfredum: Ceterum Bene-  
dictus inter alia insanæ mentis suæ de-  
liria sibi imaginabatur, Pium IV. non  
verum Pontificem esse, eoque sublato  
alterum suffictum iri, qui *Papa Angelicus*  
diceretur, sub quo Ecclesiæ con-  
cordia castigatis erroribus omnino sar-  
ciretur, additis etiam vaticiniis de po-  
tentia ejus in omnem terrarum orbem:  
insuper patrata Pii IV. cæde Gazam  
illius, neconon Cardinalis Borromæi  
thesauros novò huic Pontifici in præ-  
dam mox cessuros mentiebatur: præ-  
terea arces, ditiones, & montes au-  
reos sociis suis pollicebatur, & Anto-  
nio quidem Comiti Ticinum, Thaddæo  
Cremonam, Pellicioni Equiti Aquile-  
jam, Prospero denique annuos redditus  
ad quinque aureorum millia ex insana  
vanitate quadam se daturum promise-  
rat. Ergo Benedictus, & Prosper ne-  
cis exequendæ consilium in se susci-  
piunt, ac vanis hisce promissis delusi  
sæpius Papam occidendi occasionem  
quærunt, ea autem oblata semper sua  
expectatione sese magis timidos expe-  
riebantur, quapropter hac cunctatione

A a 2 de

**Sæcul. XVI** de perversis ejusmodi consiliis suspicandi spatium indulserunt, tandemque ipsimet sceleris sui victima cesserunt: dissensione enim inter eos exorta conjuratio fuit detecta, adeo, ut noctu, cum quidam suos complices manifestaret, una omnes comprehendenderentur, qui tormentis licet subjecti, crimen tamen suum diffitebantur: solus autem Accoltius risu inter tormenta simulato se ad hoc facinus a quodam Angelo fuisse excitatum ajebat: equidem tantum delirium miserationis sensu excipiebatur, verum criminis atrocitas debitas deposcebat poenas, unde pronuntiata in eum mortis sententia cum ceteris complicibus extremo suppicio affiebatur.

§. CXVII.  
*Variæ Constitutiones a Pio IV. editæ.*

*Bulla Pii IV.* Die decima septima Februarii Pontificis, *Conf. 94. Ep. 96.* Constitutionem edidit, qua omnes exemptiones, privilegia, immunitates, indulta, cunctaque in Bulla, quæ *Mare Magnum* appellatur, contenta, & cujuscunque generis Ecclesiis, monasteriis, Nosocomiis, Universitatibus, Solaritatibus, vel Ecclesiasticis tam regularibus, quam secularibus, imo etiam laicis cujuscunque gradus, conditio-